



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

VI. De non mutanda parochia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

malitia in aliquo contradixerit , plurimorum consensus obtineat.

I V.

9.q.3. Per singulas prouincias. Per singulas prouincias oportet episcopum cognoscere primatum metropolitani episcopi ; & ipsum curam suscipere , nihil autem agere reliquos episcopos præter eum , secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in Canone. Propter quod & metropolitanus nihil sibi præsumptive assumat absque consilio ceterorum. V.

Si quis in parte alicuius fuerit ambitiosior inuentus , siue episcopus , siue presbyter , vel diaconus , de inferiori ciuitate non transeat ad maiorem. Quod si quis contra hæc magni Concilii constituta importunus extiterit , omnimodis euacetur huiusmodi factum ; & suæ iterum restauretur ecclesiæ , cuius episcopus , aut presbyter , aut diaconus prius fuerit constitutus.

VI.

Episcopum a propria parochia non liceat transire in aliam , neque sua sponte introire , neque inuitatus , neque ab episcopo coactus ; sed permaneat in loco , in quo a Deo est ordinatus , & in eam quam fortius ecclesiam secundum antiquum Canonum institutum.

VII.

Si quis episcopus non per scripta metropolitani episcopi , aut qui cum eo sunt , rogatus , de alia prouincia in aliam venerit , sed præsumptive irruens , ad ordinationem & constitutionem clericorum